



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Cl. Viri Valerii Andreae Desselii In Academia Lovaniensi
Professoris Regii Erotemata Juris Canonici**

Andreas, Valerius

Coloniae, 1697

L. Ne Clerici vel Monachi se sæcularibus negotiis immisceant.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62934](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62934)

Ne Clerici vel Monachi se saecularibus negotiis immisceant.

TIT. L.

Attributis & taliis, caeterisque oneribus personalibus immunitatem non merentur Clerici vel Monachi se negotiis saecularibus immiscetes.

Quibus ergo negotiis Clerici se immiscere prohibentur?

e. 1 h. t. c.
2. eod. c.
4 & 9.
eod. c. 8.
eod.

c. 6. eod.

e. 3 &
ult. eod.

EA varia recensentur hoc Tit. vel contentiones vel rixas, litelve amara & persequi, excepta defensione orphanorum & viduarum: Laicis ministrant & procuraciones aliorum negotiorum suscipere, ac nomine potestatum saecularium judiciis praesse, iudiciumque sanguinis agitare: item tabellionari officium exercere, & lucri causa negotiari. A quibus & id genus aliis omnino abstinere debent; aded ut ne leges quidem civiles audire aut medietatem discere eis sit permillum, praesertim religiosis & Monachis, atque etiam Clericis dignitatem vel personatum obtinentibus, quorum proprium esse debet studium Theologiae & juris Canonici.

Quae sunt poena se negotiis secularibus immiscentium?

Ex quoque variae sunt, pro varietate negotii, cui Clericus vel Monachus incumbit; veluti ab officio & beneficio depositio in Clerico procuratore & vice Principis secularis judicante, vel iudicium sanguinis agitante; munusve tabellionis exercente; privilegii immunitatis amissio in Clerico negotiatore, si tertio munitus non destiterit; excommunicatio in Clerico, vel Religioso professo Leges vel medicinam audiente, si redire ad claustrum detrectet, &c.

FINIS.

N 7 IV-